

cabliantem fit positivum, vel negativum, non verò ut utrumque contractivum ianeret esse quid positivum, & substantiale, ut putat arguens, alioquin non distinctivè, sed potius copulativè loqui debuisset dicendo, ultimum contrahens naturam, & ad singularitatem, & ad incommunicabilitatem in creaturis esse eundem generis cum natura contracta, quare illata auctoritas non urget, ubi tandem ad verò, omnia ferè loca Doctoris à Gavatio adducta pro opinionis de positivo, à Licheto quoque notari, & ferè singula explicari, ut non multum urgentia, nec evidèntia pro ea opinione, depositivo, non obstantè, quod etiam Lichetus ipse illius fuerit opinionis, unde miror quomodo Gavatio ad hoc serventer illa urget, & ut omnino convincentia, ac nullam profus explanationem admittentia; & quidem quando etiam talia forent, semper communis Scoticarum responsio est in promptu, quod cum Doctor utramque opinionem statuerit probabilem 3. diff. 1. g. 1. aliis in locis modo in favorem unius, modò alterius opinionis est locutus, prout occasio se se obtulit; unde potius rationibus, quam Scoti auctoritatibus in hac re agendum est, etiam si Scotus plures, & firmius, ac expressius itererit pro opinione nostra de negativo, quam pro opposita de positivo, ut ostendit g. 4. cit.

ARTICULUS TERTIUS.

Expenduntur, quæ ex Conciliis, & Patribus adducuntur pro sententia de positivo Arriaga, Amicus & alii.

107 Ipothesem evincere, inquit Arriaga diff. 25. cit. sect. 4. Patres antiquos non solum voluisse inter humanitatem Christi, & Verbum interesse veram unionem realem, & physicam, sed & præterea duas relictas substantias, tanquam novum errorem supra præcedentem de negatione unionis realis, ostendentes manifestè sine substantia positiva superaddita non posse bene defendi antiquam Patrum, & Conciliorum doctrinam.

Primo itaque ad id ostendendum sect. 6. producit testimonium Damasceni lib. 3. cap. 9. ubi non solum asserit in Christo physicam unionem humanitatis cum Verbo, sed & præterea duas sibi substantias negat, inquit enim; Nam in hypostasis, & personis, & substantia, & natura considerantur, sed non est necesse naturis in vicem secundum hypostasis cunctis, ut unaquæque propriam habeat hypostasis (nam fieri potest, ut in unam concurrant hypostasis) neque unaquæque propriam retinere hypostasis, nam ipsius Verbi hypo. asis utriusque naturarum hypostasis existens nullam in substantiam esse permittit; sed tota hujus, & tota illius imparibilibus existens: non enim in propria substantia sustentata est Dei Verbi caro, neque in alia hypostasi facta est, quam Dei Verbi hypostasi, neque secundum propriam substantiam hypostasi facta est. Hæc Damascenus loc. cit. quæ Verba manifestè ostendunt, inquit Arriaga, illum plus intellexisse per substantiam propriam humanitatis, quam negationem unionis ad Verbum: hoc enim expressè innuunt illa verba naturis in vicem unitis non est necesse, ut unaquæque propriam habeat hypostasis, nam si habere propriam hypostasis denotaret non esse unitam, potius dicere debuisset, repugnat, est implicitorium, &c. ac dicendo non est necesse, &c. supponit vel aliter fieri posse, vel certe sine terminorum implicatione concipiari posse fieri; ergò Damascenus nomine proprie substantie humane non intellexit solum casum unionis cum divina, idem nititur elicere ex aliis verbis, quæ singillatim ponderat, & præsertim ultima. Neque secundum propriam substantiam hypostasis facta est, concludens, quod qui ex his ultimis Damasceni verbis agnoscere non vult, eum docuisse in Christo definitè se positivam aliquam substantiam, neque id agnosceret, et si expressè id sanctus Doctor dicit.

108 Respondendo in primis argumentum ex verbis Damasceni deductum etiam oppositam sententiam de positivo urgere, ipsi eam quoque asserunt, etiam in ea sententia omnino repugnare personam formaliter alteri persone communicari posse, quia personalitas consistit in ipsa ratione formalis essendi per se, & in se implicat: autem, & quod est formalis ratio per se, & in se, communicari alteri, ut persone, quia hoc ipso ferret formalis ratio essendi in alio, quod implicat; tum quia suppositum creatum dicitur constitutum in esse suppositi non per quancunque entitatem positivam, sed per talem entitatem, ad quam necessitudo sequitur duplex illa negatio actualis, & aptitudinalis dependentiæ, ad altemum suppositum, unde si persona assumere, eandem omnino inferunt sequi contradictionem, quam nos altitimus sequi in nostra sententia de negativo, quomodo scilicet, eadem persona dependet, & non dependet; ita dicuntur illi num. 67. & 81. atque idem est de mente Damasceni substantia dicitur quod positivum, non adhuc apte dicitur, naturis in vicem unitis secundum hypostasis non est

necesse, ut unaquæque propriam habeat hypostasis, ita enim loquendo supponit, ut inquit Arriaga, vel aliter fieri posse, vel certe sine terminorum implicatione concipiari posse fieri, sed dicitur debere, repugnans esse implicativum, quia in quacunque sententia natura in se personata significat naturam non alteri unitam secundum hypostasis, sive hæc negationem dicit formaliter, sive tantum concomitantem; quare nos, & illi tenemus verba Damasceni explicare, & sano modo intelligere, unde dicendum est tam Damascenum, quam alios Patres parum de hæc controversia fuisset sollicitos, an substantia dicit quid positivum, vel negativum, & nihil aliud penitus voluisse docere, quam id quod est de fide dari, scilicet, inter humanitatem Christi, & substantiam Verbi veram, & realem unionem physicam; non verò affectivam tantum, & moralem, qualem præcisè ponebat Nestorius; ex qua postea determinatione contra Nestorium facta consequenter deducitur Verbum solum naturam assumpsisse, non personam; & idem quando duas substantias substantias in Christo, hoc non recipiunt, tanquam novum errorem supra præcedentem de negatione unionis realis, sed tanquam errorem directè ex eo consequentem, negando namque unionem realem & substantialem inter humanitatem Christi, & substantiam Verbi, & admittendo solum affectivam, & moralem, ut ponebat Nestorius, duas personalitates admittuntur in Christo, divina, & humana, quia persona non dicit negationem unionis accidentaliter nature cum alio supposito, sed unionis per se, & substantialis, ut dicebatur g. 4. cit. n. 11.

Itaque Damascenus ea phrase utitur, non est necesse naturis in vicem secundum hypostasis unitis, ut unaquæque propriam habeat substantiam, non autem inquit quod repugnat, vel est implicatorium, ut abstraheret à questione an substantia nature dicit præcisè negationem unionis eius ad aliud suppositum, vel positivum ad quod talis negatio necessitudo sequatur; nam quocumque modo dicatur, nunquam necesse est naturis in vicem secundum hypostasis unitis, ut unaquæque propriam habeat substantiam, cum enim substantia creata se quid realiter à natura singulari distinctum, ac etiam ab eæ per divinam potentiam separabile, sive ponatur in ea negatione consistere, sive in positivo, ad quod sequatur illa negatio, nulla talis fieri potest & necessitas; non quidem in primo casu, quia potius adesse repugnantia manifestè; neque etiam in secundo casu, quia talis entitas positiva, in qua poneretur substantia creata consistere, absolute separabilis est per potentiam Dei absolutam à natura singulari, & idem in neutro casu talis fieri potest necessitas, quicquid sit an præter non necessitatem adit quoque repugnantia, vel impleantia, de quo notatur Damascenus supra.

Sed adhuc magis innotuit laborat Arriaga, ut ex aliis Damasceni verbis entitatem positivam substantiam asserat, nam omnia, & singula verum adhuc & proprium retinent sensum intelligendo per substantiam propriam humanitatis negationem unionis ad Verbum solum enim, quod dicitur Verbi hypostasis utriusque naturarum hypostasis existens nullam in substantiam esse permittit, hoc optime verificatur per id, quod dependitiam humanitatis terminat, illamque in se sustentat; & dum subdit, quod non in propria substantia sustentata est Dei Verbi caro, optime etiam per hoc solum verificatur, quod illa humanitas non in se & per se solitarie existat ab extrinseco supposito independens, sed subsistit, & sustentatur in supposito Verbi. Ac denique dum concludit, quod neque secundum propriam substantiam hypostasis facta est, cum omni proprietate verificatur per idem, quod non est relicta illa humanitas in se sola, & per se sola existens, & ab extrinseco supposito independens, sed facta est dependens à divini suppositi neque oppositum probat Arriaga, nisi per solas admirationes, & improptas locutiones, quas nobis asserunt: concludit.

Secundò arguit ex Conciliis; etenim in Concilio Ephesino anathemat. 9. hæc habetur, si quis in uno Christo post unitatem dividit substantias, anathema sit, ubi ponderat Concilio iam suppositi unionem, quam per unitatem dari intelligere, & damnari eos, tanquam hereticos, qui supposita ea unionem dicunt duas esse substantias; si autem duas esse substantias nil aliud esset formalitatis, quam non dari unionem, idem esset, ac si Concilium dixisset, &c. anathematizari, qui dicunt simul cum ea unionem non esse unionem, quod est ridiculum. Item in eadem Synodo anathemat. 1. habetur si quis contatru introducere in mysterio Christi duas substantias, anathema sit, neque enim adiectionem personæ, vel substantiam sanctæ Trinitatis suscepit ex incarnato uno de eadem Trinitate Dei Verbo, quibus docet Concilium Trinitatem non acquiritur substantiam substantiam, ac hæc ratio penitus ridicula videtur in sententia de negativo sonat enim idem, ac neque enim ex unionem ad humanitatem sanctæ Trinitatis manuit non unita humanitati, quæ est propositio omnino identica. Denique Concilia post definitam realem unionem humanitatis Christi, cum Verbo, adhuc definitum non

non manifeste duas personas, quæ secunda definitio esset ridicula, si persona humana solum diceret negationem unionis, quia id nihil aliud esset dicere, quam post denicium unionem definitam de novo esse non carentiam unionis, quod ridiculum est.

111 Respondendo ex proximè dictis, Concilium contra Nestorium determinat inter naturam assumptam, & Verbum non esse solum unionem accidentalem, & moralem, ut ille asserbat, sed veram, & realem; ex qua determinatione determinat consequenter, verbum solum naturam assumpsisse, non personam; unde quando duas removet à Christo substantias, hoc non reicit, tanquam novum errorem supra præcedentem de negatione unionis realis, sed tanquam errorem directè ex eo consequentem, modo jam in præcedenti solutione explicato; Nec mirum, quod Concilia, & Patres eundem errorem reiciant diversis intermedium phrasibus idem reprobantibus, nam ut advertunt Recentiores illi ab eodem Arriaga citati, quia heretici sub diversis phrasibus suas hereses, ut facilius decipiant, tradere solent; idem etiam veritate Catholicam & contrariè diversis phrasibus etiam idem reprobantibus definitam, ut eo modo omnes etiam hereticorum termini, quibus se abscondunt, reiciantur; unde in Lateranensi Concilio sub Martino Primo per text, aut septem canones diversos, & sub diversis phrasibus definitur eadem veritas huius mysterii. Possit etiam dici, ut asiam g. 4. cit. n. 119. forte Nestorius tenuisse opinionem de positivo, & quod cum natura cogitaverit quoque fuisse assumptam illam entitatem, quam addit naturæ personalitatis iuxta eam opinionem; sed quod idem ad hunc errorem convellendum determinaverit Concilium fuisse quidem à Verbo naturam assumptam, non tamen illam entitatem, quam cogitaverit Nestorius personalitatem nature superadditam, & hoc tamen non rectè de positivo favore, quam tenebat Nestorius, sed utramque opinionem in sua reliquit probabilitate, definitum tantum id, quod erat de fide naturam, scilicet, duntaxat fuisse à Verbo assumptam, non verò personalitatem, etiam si hæc entitatem positivam nature superaddiderit, ut Nestorius putasse supponit.

112 Tertio arguit Amicus diff. 1. sect. 2. ex absurdis, quia in sententia de negativo non bene solvatur, quo pacto Beata Virgo genuit humanitatem quam fuerit unita Verbo; ergo non potuit in eo priori figurare Deum, cui nondum erat unita humanitas; antequidem probatur, quia in ea signo humanitas fuit unita Verbo in quo apta erat personati propria personalitate, ut Scorus ipse testatur 3. diff. 2. g. 2. Sicut quantum ad ipsum, sed in sententia humanitas non fuit apta personati propria personalitate, nisi post naturalem unionem partium inter se, atque idem post causalitatem quæ humanitas fuit à B. Virgine generata. At in ea serenitate de positivo verum naturam humanitatis fuisse unionem hypostaticam unitæ Verbo, quam unionem naturaliter inter se; quia prius ille substantiam substantias partialibus in se, quam uniantur ad compositam naturalem efficiendum, & consequenter causalitatis generativa Virginis, quæ univit partes, humanitatis inter se, fuit vera generatio Dei, quia univit partes prius natura distinctas, & Verbo hypostaticè unitas.

113 Respondendo negando sequellam illius absurdam, & ad eius probationem negatur antecedens, quia in eodem temporis instanti, fuit facta eius unio ad Verbum, & hæc ratione dicitur genuisse filium Dei; ad probationem antecedentis, negatur rursus sequela, quamvis enim humanitas assumpta non fuerit apta personati propria personalitate, nisi post naturalem partium unionem inter se, non sequitur factam esse humanitatis assumptionem post causalitatem, quia humanitas fuit à Beata Virgine generata, sed potius in eodem temporis instanti, quo illa generata fuit quod instanti non præcise ipsarum partium unio inter se, nisi in aliquo signo nature; etiam igitur actio generativa mensureretur instanti temporis, non illo, non censeatur actio Beate Virginis terminata, nisi pro illo eodem instanti quo fuit assumpta, atque idem terminata centri debet: non ad purum hominem, sed ad hominem Deum; quæ doctrina fide declarata est g. 4. cit. n. 220. Accedit quod ut statim dicemus, etiam in sententia nostra, partes fuerunt à Verbo quod immediate assumptæ assumptione simplicis sustentationis in Incarnatione, & prius natura ordine executionis, quæ fuerit humanitas assumpta unionem Personationis, ut late probat P. Bellutus ex pluribus Scoti locis diff. 4. g. 2. quare etiam in sententia nostra causalitatis generativa Virginis, quæ univit partes humanitatis inter se, fuit vera generatio Dei, quia partes univit prius natura Verbo suo modo coniunctas per simplicem sustentationem. Verbo coniunctam, in quo apta erat personati propria personalitate, quod non est, nisi post naturalem partium unionem inter se; non loquitur ibi de assumptione absolute, & simpliciter dicta, sed de assumptione ad

personalitatem, ex quo solum sequitur partes non esse prius unitas unionem personalitatis, cuius non sunt immediate capaces, sed solum simplicis sustentationis, quæ est unio diversæ rationis, ut mox dicemus.

Quarò ex nostra sententia aliud etiam deducit absurdum, 115 nempe in triduo corruptam fuisse unionem hypostaticam ad totam humanitatem, & alias duas fuisse productas ad partes separatas; & iterum in resurrectione corruptas fuisse uniones ad partes, & aliam ad totam humanitatem productam contra illud Theologorum axioma ex Damasceno sumptum 3. de fide cap. 27. quod semel assumptum, nunquam dimittit.

Respondendo argumentum illos urget Scotistas, qui non admittunt unionem aliquam immediatam ad partes, sed solum ad humanitatem, ut tenent Baffol. lib. 3. diff. 2. g. 3. Faber. diff. 9. Rada. contr. 4. art. 4. Continus diff. 9. g. 3. & quidam alii 3. oppositum tamen probabilius est, ut modo dicebam, nempe partes quoque fuisse à Verbo immediate assumptas assumptione simplicis sustentationis, & prius natura ordine executionis, quam fuerit humanitas assumpta unionem personationis, quod etiam tenere videtur Lichetus 3. diff. 2. g. 2. & diff. 22. Vulpes diff. 10. art. 1. & late defendit Bellutus loc. cit. & hoc quidem expressè docuit Scot. 3. diff. 2. quæst. 2. ubi lit. A. contra Varronem arguens, asserentem Verbum assumpsisse corpus mediante anima, ut medio Quod, illud ad hoc deducit inconveniens, quod tunc in morte fuisset nova assumptio; quia tunc corpus immortale fuit Verbo unitum, & non per animam, ex quo deducitur de mente Doctoris assumptionem corporis, & anime, quæ fuit in triduo, non fuisse novam, sed à principio sustentationis immediate factam per unionem simplicis sustentationis, & lit. G. volens probare gratiam Christi non præcessisse in anima unionem hypostaticam, inquit, quod Christi anima nunquam habuit existentiam realem nisi in verbo; ergo prius ordine natura assumptum à Verbo quomodo sit unita gratia; quibus verbis rursus innuit præter unionem ad personalitatem, quæ partes mediate solum assumuntur à Verbo, dari alias uniones immediate in ipsius fundatas, & ad Verbum terminatas. Et in inferius diff. 16. g. 2. explicans dictum illud Damasceni relatum, asserit partes principales semper fuisse unitas, licet dimiserit totum, & partes minus principales. Et diff. 21. supponit videtur semper eodem modo fuisse corpus à principio unionem Verbo, ut in triduo, Et 3. diff. 22. ad 3. princ. assignans rationem, cur in triduo Verbum non fuerit ab anima, & corpore denominatum, inquit, quia partes, licet unitæ Verbo, non sunt apte denominari, nisi adit totum, cuius fuerit partes ergo partes eodem modo sunt unitæ Verbo, quando adit totum, ac in triduo; quæ loca optime adnotavit Bellutus loc. cit.

116 At instat Amicus, Scotum quidem loc. cit. diff. 16. g. 2. sed contra præter unionem ad totum, admittere alias duas partes, quæ semper Verbum retinuerit hanc responsonem non videri conformem dictis ab eo diff. 2. g. 2. Sicut quantum, & ad argumenta ubi docetur Verbum primo assumpsisse totum, & non partes alioquin non fuisset primo homo, si autem præter unionem ad totum, habuisset etiam uniones ad partes, prius fuisset Verbum unitum partibus, quam toti, ac proinde non fuisset in eius fidentia primo homo. Respondendo, Scotum ibi arguere contra Varronem, qui dicebat Verbum assumpsisse corpus, & naturam mediante anima, ut medio Quod, ita ut id solum animam terminata fuerit; ex hoc enim sequitur unionem non fuisse primo, & immediate hominem; ac nos præter unionem anime positimus quoque unionem ad naturam immediate terminatam, nec positimus animam mediatè, ut medium Quod, licet prius natura unita, quæ totum. Quare cum instat Amicus, quod si Verbum prius fuisset partibus unitum, quam toti, non fuisset primo homo, distinguendum est consequens cum Belluto: loquendo de ordine nature unionis partialis, & simplicis, sustentationis, concedo; unionis totalis, & ad personalitatem, nego; nam esse primo hominem idem significat, quod esse per se, ac immediate hominem, quare parum refert, quod prius natura Verbum assumpsit partes, dummodo immediate postea assumperit humanitatem.

117 Quintò aliud adhuc deducit absurdum Amicus ex nostra sententia, non potuisse scilicet, Verbum supplere vicem substantie create in partibus separatis; quia quod non est capax proprie, nec est capax aliene substantie; sed in sententia Scoti partes non sunt capaces proprie substantie, nam per Scotum id tantum est capax proprie substantie, quod est capax duplicis negotiationis actualis, scilicet, & aptitudinalis dependentie; sed partes non sunt capaces aptitudinalis dependentie, nam separata retinent aptitudinaliter dependentiam adinocum; Unde si sicut ille separata non substantent propria substantia, ita nec substantent poterunt substantentia Verbi, quia Verbum per unionem ad partem non tollit à parte sibi unita aptitudinaliter dependentiam ad compartem, atque adeo per unionem non reddit illam substantentem, quoniam ad substantentiam per se requiritur per Scotum negatio aptitudinalis dependentie.

Respondeo ex dictis *disp. 11. met. quæst. 6. in 1. q. 1. 155. gratis* concedendo partibus essentialibus substantiam rigorose sumptam, de qua est sermo in argumentis, convenire non posse, sed tantum in eo sensu quo dixi *disp. 2. Phys. q. 2. art. 2. & sic etiam gratis* concedendum est non potuisse Verbum supplere vicem talis substantiæ creatæ in partibus separatis, ut recte argumentum conuenit. Quia tamen, ut diximus, fieri potest unio ad Verbum per modum simplicis sustentationis sine ratione actus, & potentie, & sic possunt uniri Verbo etiam partes essentielles, ut *loc. cit. declaratur* est, potest consequenter Verbum in hoc sensu supplere vicem substantiæ creatæ in partibus separatis, neque ob id dicitur ad personalitatem assumi, vel substantiam proprie dictam sed ad talem independentiam, qualis nature rei assumptibilis conuenit nate est.

217 Sexto tandem, quamvis hic Auditor sententiam Scoti de negativo iudicet valde probabilem, qua propter postquam tam eruditè proposuit, & declaravit, inquit eam ita distinxit proposuisse, & ex principiis Scoti deduxisse, ut appareat, quam in valde contra hanc sententiam, non alitè eius principia penetratis, à variis Auditoribus iactantur. Nihilominus infra in decisione questæ oppositam de positivo conetur probabilior, tum in Philosophia, tum in Theologia. Primum ostendit exemplo in herentia, etenim sicut hæc est positivum complementum accidentis ab eo moderatè distinctum, & separabile, per quam existentia ipsa accidentis ultimo terminatur, & completur, quia per illud fit actus inherens subiecto, quod est positivum complementum naturæ accidentis, quod est positivum complementum substantiæ, ab ea moderatè distinctum, & separabile, per quod existentia ipsa substantiæ ultimo terminatur, & in suo genere completur, quia per illud modum fit in se, & per se positive, quod est ultimum complementum substantiæ. Alterum verò probat, quia in incarnationis mysterio salvanda est substantialis compositio ex natura humana, & supposito divino, Nequit autem hæc substantialis compositio saluari, nisi substantiæ creatæ reipia distinguatur à natura, quæ superadditur, ut ultimum eius complementum omnium substantialis compositio alterum saltem extremum exigit substantialiter incompletum, quia est commune æquum, quod ex duobus caribus in actu non potest fieri in omni per se, necesse est ergo, ut humanitati assumptæ aliquid positivum ad ipsam pertinet, deficit, ut substantiæ alteri incompleta dicatur, si autem nihil positivum deficit, esset in genere substantiæ ultimo completa, quare ex ea, & ex supposito divino non fieret substantialis compositio.

218 Respondeo, exemplum de inherencia accidentis aptum non esse ad explicandum quoad hanc partem modi substantiæ, quia inherencia proprie substantiæ non opponitur substantiæ, sed per se existentie ipsi substantiæ, quæ duo sunt valde diversa in ipsa substantia, ut dicitur *et. disp. 11. met. q. 3. nam substantiæ substantiæ singulari datur, ut constituitur incommunicabilis alteri, sicut natura supposito, & per se existentia assignatur, ut per se existat independentè à subiecto, per inherenciam accidentis redditur dependens ab alio, tanquam à subiecto, per substantiam redditur substantia ab alio independentes, non tanquam à subiecto, sed tanquam à supposito, & ideo proprie loquendo inherencia contradistinctur à per se existentia substantiæ non autem à substantia, unde inherencia non remouetur à substantia singulari per substantiam, de qua hic est sermo, & est aliquid saltem negativum nature superadditum, sed remouetur per quandam aliam naturam intrinsecum substantiæ identificatam, quo ab accidente distinguatur, & dicitur per se existentia contradistincta ab inherencia, ut ibi dictum est. Item inherencia est positivum complementum accidentis, quia eius existentia completur per dependentiam ab alio, tanquam à subiecto sustentante, quæ concipi nequit, & explicari, nisi per modum positivum, & substantiæ non dicitur complementum substantiæ, nisi negative, quatenus, scilicet, excludit dependentiam à quocunque supposito extrinsecò, quod per meras negationes declaratas concipi, & explicari potest. Ad aliud responsum est in terminis *disp. 11. met. q. 2. in 1. q. 1. 123. ac etiam supra q. 1. art. 3. in 3. & 36. explicatum est, quo sensu substantialis dicitur in Christo compositio ex natura humana, & divino supposito, quare etiam hæc omnia bene salventur per sententiam de negativo, nec entia sint sine necessitate multiplicanda, nec capitis hæc sententia redditur probabilior opposita.**

ARTICULUS QUARTUS.

Resoluitur dubium, an suppositum creatum alienam possit sustentare naturam.

219 **Q**uestio agitur de potentia Dei absoluta, & de sustentatione formalitè, ac terminatiua, non autem effectiua, effectiue enim naturam sustentare, est producere in illa realem unionem, qua sic formalitè supposito sustentanti unita, & facturæ autem om-

nia impossibile esse suppositum creatum possit in hoc sensu alienam sustentare naturam, quia nulla natura recepti potest, quæ ad aliquid suppositum creatum potentiam habeat obiectivalem, si quidem hæc solus est respectus primi efficientis, quare solus primus efficiens habet, ut possit unire hypostaticè naturam creatam alteri supposito creato, si non est repugnantia ex parte rei. Itaque questio est de sola sustentatione formalitè, ut sensus sit, an suppositum creatum possit esse terminus talis unionis, sustentare enim formalitè est esse terminum talis relationis. Alii affirmant, alii verò negant. Scotus verò 3. *disp. 1. q. 4. problematice* procedere videtur, unde *disp. 11. met. quæst. 4. art. 1. in 1. q. 1. dicitur* Doctorem idem in huius dubii resolutione problematice processisse, quia eius resolutio pendebat ex decisione questionis, an personalitas dicitur quid positivum, vel negativum, & quia utraque pars apud eum probabilis erat, ideo circa resolutionem istius quæstionis dubius mansit, decisionem relinquens ad utrumlibet iuxta unam, vel alteram viam. Quare quoniam ibi, & hic sententia de negativo statimur probabilior, consequenter in presenti dubio partem negantem dicimus esse probabiliorē. Ratio est, quoniam ibi inanimus, quia negatio esse non potest ratio formalis terminandi realitè relationis, qualis est unio hypostatica, ubi excludimus solutiones Fabri, Meurisse, & aliorum Scotistarum oppositam opinatam.

Respondet nunc Gavarius opus de sustentatione 3. *diff. 3. hunc modum* applicandi Scotum non esse facti idonum: cum enim inquit Scotus loco citato: *Si igitur nulla inveniatur ratio impossibilitatis, quare suppositum creatum non possit sustentare naturam, nisi sibi extraneam, non videtur potuisse hæc esse impossibile, nisi quæ committitur, his verbis manifestè parti affirmatiue subscipitur; cum enim inquirat, nam suppositum creatum posse alienam sustentare naturam, & pro parte negativa duas rationes ex Varone afferat, & tres deinde ex proprio Mare, dum concludit post ratio solutionem si igitur nulla inveniatur ratio, &c. sensus est, quod cum nulla inveniatur ratio repugnantia, aut impossibilitatis, non videtur potendum impossibile unum suppositum creatum posse aliter plures naturas creatas, quia hoc coneretur ab eadem ratione; alioquin dicendum esset Scotum rationem convincentem ex ignorantia subscipuisse, quam explanationem, inquit maxime habere in Scoti fundamentum *quæst. 1. p. 2. & 2. ubi istam explicat, quo modo suppositum creatum, etiam si dicitur per negationem conuenit in esse suppositi, ad huc potest alienam terminare naturam, & quomodo negatio potest esse ratio terminandi, negat etiam *loc. cit. ad hoc, ut suppositum terminare potest alterius nature dependentiam, debere esse omnino independentes, & exemplifica de subiecto respectu accidentis, quod licet non sit omnino independentes, potest tamen illius dependentiam terminare, ut patet de quantitate separata in Eucharistia, quod exemplum non nisi in sententia de negativo probare potest, quare concludit iuxta veram Scoti sententiam, non repugnare supposito creato, posse terminare dependentiam alterius nature in unitate supposito, quatenus tenetur sententia sine de positivo, sine de negativo.***

Ceterum negare Scotum *loc. cit. in hac difficultate esse problematice plane est negare sensum, quia ibi rationes dissoluit, pro utraque parte, quod plane non fecit, si alteri parti, nempe affirmatiue, assertive adhaesisset, ut Gavarius concedit, illa verò verba si igitur nulla inveniatur ratio, &c. prout dicit Doctor, non quidem ex suppositione sententiæ de negativo, in qua ratio, cur suppositum nequeat alienam sustentare naturam, promptissima est, quia nimirum positivum non dicit rationem, per quam possit unionem realem, & positivam terminare, cum relectio nequeat minus esse habere, quam eius ratio fundandi, & terminandi; sed ea verba prout est suppositio communicationis sententiæ de constitutione personæ creatæ per positivum, in qua plane nulla sufficiens ratio repugnantia afferri potest, unde ex suppositione illius sententiæ presentis questio utique est affirmatiue respondendum, & ex suppositione utriusque solvit rationes pro parte negativa, qualis est illa, quod ad hoc, ut suppositum possit alterius nature dependentiam terminare, debet esse omnino independentes, unde consequenter fallum est, exemplum à Doctore ad hoc adductum de subiecto respectu accidentis procedere in sententia de negativo. Neque oportuit doctè doctore *quæst. 19. in 1. q. 1. Q. respondens ad argumentum, quod negatio nequit esse ratio terminandi aliquam realem dependentiam, qualis est dependentia accidentis ad subiectum, de qua dependentia ibi loquitur, inquit, quod ultimè terminare duo dicit, scilicet, terminare, & sic terminare, quod nihil ulterius terminet; ratio terminandi est aliquid positivum, sed ratio istius, quod terminatio sit ultimata, est illa negatio, quia, scilicet, terminans non est communicabile, si enim esset communicabile, adhuc ulterius terminaret dependentiam ad illud, cui ipsum communicaretur, hæc Doctor, quibus expresse docet rationem terminandi dependentiam realem accidentis ad subiectum debere esse aliquid positivum, & hanc autem esse substantiam singularem, non autem suppositum, ut sic, nempe illam**

illam negationem, addit tamen hæc negationem esse rationem illius denominationis, quod talis terminatio ultimata dicatur, & hæc ratio, inquit dependentiam accidentis, ut communicabilis, non affirmatiue terminari; nisi ad suppositum substantiæ. Hæc verò doctrina ad rem nostram applicari posse non videtur quia unio, de qua hic est sermo, fieret in persona, non in natura, at quidem nequit poni natura singularis, ratio simpliciter terminandi talem unionem, sicut ponitur ratio terminandi dependentiam accidentis, sed hæc esse debet personalitas, hoc autem minus subire non potest, si ponatur esse pura negatio; ad quid autem adducit Scot. Illud exemplum dicemus infra *nu. 134.*

221 Respondet Bassolius 3. *diff. 1. q. 6. prædictæ inherens doctrinæ, quod ratio terminandi unionem hanc nature extrinsecæ ad suppositum creatum utriusque dici non potest illa negatio duplex, per quam suppositum creatum est formalitè suppositum, quia negatio esse nequit ratio terminandi respectum realem positivum, qualis est ista unio, sed aliquid positivum esset ratio terminandi in supposito, scilicet, natura singularis ipsius suppositorum vero esset ipsi ultimæ terminandi, sicut etiam hoc modo planè est, quod ratio formalis terminandi respectum realem inherentiæ ad suppositum substantiæ non est negatio illa per suppositum importata, sed ipsa natura singularis ratio simpliciter terminandi, & suppositum ipsi est id quod ultimè terminat, ut suppositum est, Unde hic est accipere duo, ait Bassolius, primum, quod talis respectus terminatur, & hoc est per rationem formalem positivam ex parte terminantis alteri, quod ultimè terminatur, & istud non oportet quod fit per aliquid positivum, sed per negationem, quia hoc est ultimè non dicit ultra terminationem aliquid positivum, sed tantum negationem ulterius dependentiam ad aliud extrinsecum, & hoc potest conuenire etiam per simplicem negationem, quæ etiam fuit respectu Lichei 3. *diff. 1. q. 4. & est doctrina illa Scoti quæst. 19.**

Sed iam dixi, & rursus replico, quod etiam hæc doctrina inferviat probatio Scoti *quæst. cit.* loquentis de inherencia accidentis ad substantiam, nequaquam tamen applicari potest propositio huius unionis, de qua hic est sermo, nisi semper argumentum urget, an persona creata, ut persona possit immediate aliam assumere naturam, vel non, non habetur intentum, si primum ergo unio nature assumptæ terminari debet immediate, & simpliciter, & non tantum secundum ultimam denominationem, ad ipsam personalitatem, nec ullo modo sufficit, quod sic terminetur ad solam naturam, quod sic quædam communicationem sententiam due nature non possunt immediate uniri ut sic, unione per se, si quidem non habent aliam suppositivam præter ultimam incommunicabilem, quam nos explicamus per duplex negationem communicationis alteri, ut supposito, est omnino de veritate rationis à communicatione accidenti propria alteri, ut subiecto, à quo sustentetur in genere causæ materialis per modum inherentionis; quæ quid hæc communicatio, vel communicabilis non remouetur à substantia per substantiam, ut communicatio primi generis, sed per quendam aliam modum intrinsecum substantiæ identificatum, quod ab accidente distinguatur, & dicitur per se existentia, contradistincta ab inherencia accidentis, & hæc est ratio a priori, cur unio accidentis ad subiectum possit terminari ad naturam singularem, ut sic, ita quod hæc sit ratio simpliciter eam terminandi, non vero unio nature extrinsecæ ad suppositum, quia non tantum terminans eam, ut quod debet esse incommunicabile, ut dicitur Licheus, & Bassolius, sed etiam ratio ipsa terminandi, & ideo hæc ratio terminandi nequit esse natura singularis, quæ de se communicabilis est, ut quo. Plures alias rationes dissolvit Gavarius *loc. cit.* pro parte negativa questis, quam defendimus, militantes; sed quia procedunt, ut plurimum ex suppositione sententiæ, quod personalitas in positivo consistat, afferunt enim ab Auditoribus illam tenebimus, de illis non sum valde sollicitus, quia gratis fateor cum Doctore, facta illius sententiæ suppositione, nullam sufficientem rationem assignari posse, quod suppositum creatum quocumque non nequeat terminare naturam, ex suppositione vero oppositæ sententiæ, quod personalitas in negativo consistat, nullam evidenter rationem afferri potest, quod ita adducta, quod nequit negatio esse ratio formalis simpliciter terminandi respectum realem, & positivam, qualis est unio hypostatica, de qua hic est sermo, at quidem ea sola contenta esse debemus.

224 In oppositum pro parte affirmatiua arguit Gavarius *loc. cit.* rationibus ab ipso Scoto allatis *loc. cit.* pro ea parte, maior est portio nature creatæ ad suppositum creatum, quam ad increatum, tum quia utrumque est finitum, ubi verò alterum infinitum tum quia utrumque est absolutum, ubi verò alterum relativum, nempe suppositum divinum, ergo si suppositum increatum potest sustentare naturam creatam eius assumptione personalitè terminando, multo magis id præstare poterit suppositum creatum. Resp. supposita sententia, quod personalitas creata in positivo consistat, quo sensu argumentum procedere videtur, quia suppositum personam creatam in tali esse constituit per aliquam entitatem absolutam argu-

mentum aliquam vim habere, ex ea proportionè de sumptam; supposita sententiæ de negativa nihil profusus concludit, quia opus est, quod ratio formalis terminandi talem unionem, vel assumptionem extrinsecæ nature sic aliquid positivum incommunicabile, quod solum reperitur in supposito divino, non autem creato: Nec valet, quod inquit Bassolius, id tantum inferre quod natura creata non potest uniri supposito creato eadem unione, quia uniri natura humana Verbo, nec aliam eiusdem rationis, sed quod simpliciter loquendo non possit sibi hypostaticè uniri, non concludi. Non valet, inquam, quia hic planè loquimur de unione hypostatica, qualis est illa, qua humanitas unita est Verbo, & de tali unione, quæ sit realis, & positiva, quam proinde terminare nequit personalitas creata, quam ipse quoque in negatione fateor consistere.

At replicat Avermus 3. *diff. 1. q. 4. art. 1.* Bassolius, & Lichei dicta amplius declarans, quod ista unio bene terminaretur ad incommunicabilem substantiam, sicut etiam modo unio nature humane ad divinum suppositum, & quantum ad hoc simile esset nihil incommunicabile positivum esset sibi ratio terminandi sicut est modo in unione hypostatica nature humane ad Verbum, & quantum ad hoc dissimile esse, & ideo illa unio nature ad suppositum creatum non esse omnino ejusdem rationis cum unione ad Verbum, sed alterius sicut est terminus, vel ratio terminandi, at quidem non oportet, quod aliquid incommunicabile positivum sit ratio terminandi illa, sicut aliam. Hæc tamen disparitas in solis verbis consistit, quia ad relationem realem, & præsertim prædicamentalem, qualis est hæc unio, sicut non sufficit fundamentum reale, sed etiam exigitur, quod ipsa ratio fundandi sit realis, ita non sufficit terminus realis, sed etiam requiritur ratio terminandi realis, hæc autem esse debet aliquid incommunicabile positivum, quod assignari nequit si personalitas creata in negativo consistit. Nec valet dicere, & replicare cum Lichero, quod ratio formalis terminandi huiusmodi unionis realè nec est natura singularis absolute sumpta nec est negatio duplicis dependentiæ sed est natura singularis, ut actu existens sub illa duplici negatione, & sub ea ratione, qua in se subsistit. Non invari inquam, nam quero, an illa substantia ultra naturam singularem dicat aliquid positivum in ratione subsistentis, vel non si primum sumus extra hypotesin, quod personalitas in negativo consistat, si secundum illam ratio terminandi erit illa negatio, quia natura singularis quatenus subsistens, non addit, nisi duplicem illam negationem, nec potest terminare unionem, nisi quatenus existit sub illa, quia tali negatione præcisa natura singularis est communicabilis, terminus autem huius unionis debet esse aliquid incommunicabile, & quatenus tale.

Secundo arguit ex Scoto 3. *diff. 1. q. 1. Ut suppositum terminare possit dependentiam nature, non requiritur, quod sit simpliciter, & omnino independentes, sed lais est, quod sit independentes dependentia opposita dependentiæ nature, ergo cum quodlibet suppositum creatum, independentes sit huiusmodi independentia, sufficienter poterit talem dependentiam terminare, adsumptum probat Doctor ipse exemplo accidentis subiectum enim potest terminare dependentiam accidentis, & tamen non est omnino independentes, ut patet de quantitate separata in Eucharistia, quæ immediate terminat dependentiam albedinis sibi inherens, & nihilominus ipsa nata est dependere ab substantia corporeæ, ut ad ultimum subiectum; ergo quamvis suppositum creatum non sit omnino independentes, tamen cum sit independentes dependentia opposita dependentiæ nature, poterit illius dependentiam terminare. Consequens incommunicabilis simpliciter non repugnat communicationem alicuius communicabilis terminare; sed suppositum creatum est simpliciter incommunicabile, natura vero quælibet creata communicabilis; ergo potest terminare communicationem alienæ nature creatæ.*

Respondeo, hæc pariter rationem procedere ex suppositione sententiæ de positivis supposita enim hæc sententia non alia ratione sustineri posse videtur, quod suppositum creatum alienæ nature dependentiam terminare non possit, nisi quia non est omnino, & simpliciter independentes, sicut est suppositum increatum, & tunc tali ratio non urget, quia ut bene probat argumentum propositum, ut suppositum aliquid terminet dependentiam nature, non requiritur, ut sit omnino independentes independentes, sed lais est, si sit independentes dependentia opposita dependentiæ nature, ut probat exemplum de dependentia accidentium in Eucharistia ad quantitatem: At facta suppositione sententiæ de negativo, argumentum non conuenit, quia non dicimus repugare supposito creato alienæ nature dependentiam terminare ex hoc capite, quod non sit totaliter independentes; sed quia non habet in se aliquid positivum incommunicabile, quod sit ratio terminandi talem dependentiam; cum enim supponatur in esse suppositi constiuit per negationem præcisè, & non per aliquid positivum, hæc plane non sufficit ad relationem realem terminandam, nec ut quod, nec ut quo, qualis esset ista unio. Ad confirmationem, negatur minor, solum

127

B 3

enim divinum suppositum est simpliciter, & omnino incommuni-
cabile, quia constituitur in esse tali per aliquid positivum
suppositum vero creatum dicitur solum incommunicabile secundum
quid, & in sensu composito, quatenus, scilicet natura singu-
laris concipitur cum illa duplici negatione, ut patet ex dictis
supra n. 93. & inde.

118 Tercio arguitur ex Scoti *quod. 19.* non est ponenda inter aliqua
formalis repugnantia, nisi vel in rationibus eorum propriis co-
cludatur manifeste, vel necessaria ratione probetur sequi. Sed
neutrum horum de supposito creato, & terminatione depen-
dentie alienae naturae dici potest, ergo &c. probatur minor, nam
non repugnat ex parte naturae, quia haec est propria substantia
incommunicabili separabilis, & ab alieno supposito hyposta-
tice sustentabilis, alioquin neque Verbo uniri potuisset: Neque
repugnat ex parte suppositi creati, quia huiusmodi terminatio
non elevat suppositum extra statum creaturae, cum suppositum
ad huiusmodi dependentiam terminandam non indigeat infini-
tate, neque totali, ac omnimoda independentia sed solum quod
sit independens independentia opposita dependentiae naturae;
omne autem suppositum creatum est naturaliter tali independen-
tia independentis ergo &c.

119 Respondeo, haec quoque rationem optime procedere ex suppo-
sitione sententiae de positivo, in quo sensu loquebatur Doctor
loc. cit. in sententia de negativo minime concludit dicimus,
enim esse repugnantiam ex parte suppositi creati; licet enim suppo-
situm ad huiusmodi dependentiam terminandam non indigeat
infinitate, neque totali, ac omnimoda independentia, indiget ta-
men aliquo positivo incommunicabili, quod sit in ipso ratio
terminandi dependentiam, quae realis est positiva, quod quidem
positivum incommunicabile in ipso creato supposito non reperitur
cum in esse tali per negationem constituitur; sed solum in suppo-
sitione increato, quod in esse tali constituitur per positivum; &
proinde hoc tantum potest alienam terminare naturam, non ve-
ro creatum; Ex quibus patet rationes contrariae sententiae opti-
me probare supposita sententia de positivo; quia ut inquit Do-
ctor, ea supposita valde difficile est aliquam urgentem assignare
rationem, ob quam repugnet supposito creato alienam termina-
re naturam; ad supposita sententia de negativo, quam nos re-
mur, nihil omnino probat, & sunt facillime obviandae, recurre-
ndo ad rationem repugnantiam, quod pura negatio terminat,
negatione rationem esse terminandi realem; & positivam rela-
tionem, qualis est unio hypostatica, de qua hic est sermo.

120 Quarto Basiliosus *loc. cit.* reiecit quibusdam aliis rationibus, ut
incommunicabilis, arguit tripliciter. Sicut fe habet natura accidentis
ad suppositum in supposito substantiae creatae extrinseco natura-
liter, sic fe habet natura substantialis creatae ad suppositum in
supposito creato alieno, sive extrinseco supernaturaliter; sed
natura accidentaliter sustentatur naturaliter ab extrinseco supposito
substantiae; ergo & natura substantialis creata saltem super-
naturaliter sustentari poterit in extrinseco supposito creato.
Consi. quia non magis determinatur natura substantialis creata
ad hoc suppositum, quod est suum, quam natura accidentaliter ad
hoc subiectum absolute loquendo; quia utrumque ad utrumque
naturaliter determinatur; sed accidens illud potest sustentari
in alieno subiecto virtute divina; ergo pariter natura substantia-
lis in alieno supposito creato. Tandem duplex negatio, quam
addit creatum suppositum supra naturam, potest auferri a natu-
rae virtute divina, postea ergo quod haec separatio fiat a Deo non
videtur probabile, quod ex hoc necessiter ad assumendam talem
naturam: cum ergo tolli nequeat illa negatio dependentiae
actualis ad extrinseco suppositum, nisi per positionem talis
dependentiae, videtur quod Deus in talis natura possit causare depen-
dentiam unius ad suppositum creatum.

121 Respondeo negando partem in maiori assumptam, quia ut
constat ex dictis n. 123. communicatio, quae naturaliter acci-
dens communicatur supposito substantiae, est omnino diver-
sae rationis a communicatione, quae potest natura substantialis prop-
ria substantiae exposita communicari supernaturaliter suppo-
sitioni extrinseco, nam communicatio accidentis est ad suppo-
situm substantiae, tanquam in ordine ad subiectum, alioquin ad
quo sustentetur in genere causae materialis per modum inhaerentiae,
atque ideo terminari potest ad substantiam singularem per se
existentem, itaque ipsa sit etiam ratio terminandi talem depen-
dentiam, ac communicatio naturae substantialis ad alienum
suppositum non est ad illud in ratione subiecti, sed in ratione
suppositi, per quod sustentetur, non quidem ut forma in sub-
iecto, sed ut natura in supposito, per quod ulterius incommuni-
cabiliter reddatur, ideoque ratio terminandi talem communi-
cationem, & unionem nequit esse aliqua natura singula-
ris, quae de se communicabilis est, sed esse debet aliquid in
se incommunicabile, ut quo, cum igitur nulla talis entitas re-
peritur in supposito creato, quia in esse tali per solas negatio-
nes constituitur, hinc est, quod terminare nequit etiam super-

naturaliter unionem alienae naturae: Ad Confirmationem patet
per idem. Ad ultimum, facta a Deo separatione illius duplicis nega-
tionis a natura creata, si haec neque per potentiam Dei absolu-
tam sine ulla prorsus substantia conservari potest, ut probabili-
us esse diximus, sustinendo prorsus sententiam de negativo, et
tunc dicendum est, quod talis natura assumetur a divino suppo-
sitione, & quamvis Deus simpliciter, & absolute non necessite-
tur ad extra, nullum tamen absurdum est necessitari ex aliqua
suppositione, ut passim, sicut solet in similibus. Ex his patet suppo-
situm substantiae immediate terminare dependentiam acciden-
tis, non ratione suppositivae formaliter, sed ratione naturae
singularis, cui tantum accidentia inhaerent, licet requiratur sub-
sistentia, ut complementum subiectivum, ac ad hoc, ut natura valeat
accidentia sustentare, quod patet in humanitate Christi, in qua
tantum, & non in persona Verbi, quae eorum capax non est, accidentia
inherent, quae doctrina non obscurat ex Scoti colligitur *quod. 19. Q.*

Sed hanc solutionem, & doctrinam, quam dico a Scoto in-
firmari *quod. 16. S. secundum quod* Auctor controversiarum inter Scoti-
stas nititur evertere p. 2. *contra. 1.* ex eodem loco, quia ibi *lit. Q.*
expressè docet Doctor puram negationem posse statui rationem
formalem ultimam terminandi aliam naturam, accedens etenim
unionem reali unitur supposito substantiae, & contra substantiam
unitur accidenti; quod contra *crimam* inquit, me quoque adhibere
disp. 11. Met. g. 4. n. 107. in solutione ad quartum argumentum de
accidente formatum, ubi dico aliquod negativum in substantia
posse ultimam terminare dependentiam accidentis ad ipsam,
unde concludit in hoc me mihi contradicere. *Nec minus*, in-
quit, argumentum solvi dicendo, non esse eandem paritatem,
& rationem de accidente, ac de natura substantiale, eo quia acci-
dens cum non patet suppositum, sed solum inherere, respicit suppo-
situm substantiae, non in ratione suppositi sed solum in ratio-
ne subiecti: natura vero substantialis, quia est suppositabilis res-
picit suppositum solum in ratione suppositi. Non solvitur in-
quit, quia dato etiam, quod accidens non inhereret, neque sub-
iectum respicit sub ratione formae informantis, cum hoc dicat
imperfecte, *rationem ex parte ipsius suppositi*, adhuc tamen re-
tinet aliam dependentiam ad ipsam suppositum, scilicet
dependentiam sustentantem, & potest ad hanc dependen-
tiam ipsius accidentis ad suppositum substantiale terminari ex
Scoti *3. disp. 1. quest. 1. F. & quod. 19. N.* non est autem in-
communicabile singulare substantiale, nisi per rationem suppo-
sitalem, sed per duplicem negationem; ergo haec potest termi-
nare ultimam dependentiam accidentis in ratione substantialis.

132 Respondeo ex istis *dist. 121. c. 10.* loco potius opposi-
tum colligitur inquit Doctor *lit. Q.* quod dependentia acci-
dentis in ratione sustentabilis terminatur ad substantiam singu-
larem, tamen non est ultima terminatio, nisi ad singularem ut
incommunicabilem, quare subdit *lit. Q.* quod ultimam terminare
duo dicit, scilicet, terminare absolute, & sic terminare, quod ni-
hil ulterius terminet: itaque alia est ratio terminandi absolute,
& alia ratio terminandi ultimam, ratio terminandi dependen-
tiam accidentis in ratione sustentabilis est semper aliquod
positivum, nempe substantia singularis ratio autem terminandi
ultimam est aliqua negatio, nempe ulterioris incommunicabilitatis.
Ex quibus verbis patet Scotum minime velle solam nega-
tionem posse esse terminum, vel rationem terminandi realem depen-
dentiam accidentis, quia hoc esse debet aliquid positivum,
sed solum esse rationem illius denominationis, quod tali, termi-
natio ultimata dicitur, quae quidem denominationem cum aliquid
reale, & positivum non importet, bene fuit potest ad simplicem
negationem, ac in ea fundari; ad unio de qua hic est sermo, fieri in
persona, non in natura, & ratione personalitatis praesens, & ideo
poni nequit natura singularis ratio simpliciter termini talem
unionem, sicut ponitur ratio terminandi dependentiam acci-
dentis, sed haec esse debet personalitas, quod minus subire non
potest, si ponatur pura negatio: quare sine ullo prorsus funda-
mento oppositum inde colligitur arguens, & mihi contra adhaerentem
imponit; cuius hallucinatio inde ortum dicitur, quia putavit hoc,
quod est ultimam terminare dependentiam accidentis ita quod
reale, ac positivum dicere, sicut absolute, & simpliciter termina-
re, unde deduxit puram negationem terminandi dependentiam,
ac relationem realem in quo committitur fallacia a secundum
quid ad simpliciter, sic arguendo, potest negatio terminare
ultimam aliquid realem dependentiam; ergo terminare potest,
vel esse ratio terminandi realem relationem, quae consequentia
nulla est; quia negatio nunquam esse potest ratio termi-
nandi relationem talem, sed tantum dare potest illi termina-
tionem denominationem ultimam.

134 Parum etiam refert ad propositum, quod in accidente distin-
guatur relatio informantis ad subiectum, & relatio sustentan-
ti ad sustentantem, & quod praesens prima ad huc remaneat
secunda, quae adhuc terminatur ad suppositum substantiale;
Nam proprie ea quoque relatio, inquantum realis est, termi-
natur

naturae ad substantiam singularem, & solum secundum puram
denominationem ultimam terminationis, quae aliquid positivum
non importat, terminari diceretur ad suppositum, ratione
negationis ulterioris dependentiae, vel communicabilitatis. Dices,
ergo Scotus per eam rationem non assurgit intentionem, nam
in eo secundo articulo probare intendit, non repugnare depen-
dentiam naturae assumptae ad Verbum ex parte personae assumen-
tis, idque probat exemplum dependentiae accidentis ad suppo-
situm substantiae. Resp. exempla non currere quatuor, ut dicit so-
let, pedibus, & illud exemplum assumit ibi Doctor, ut patet ab
initio *S. secundum quod* ad ostendendum solum, quod sicut depen-
dentia accidentis in ratione communicabilis, ut quo, ultimam
terminatur ad suppositum substantiae, etiam si constitui ponatur
per negationem, quia est simplex negatio esse nequeat ratio sim-
pliciter terminandi talem dependentiam, esse tamen potest ratio
ultimam eam terminandi, tanquam ad non ulterius communi-
cabilis: ita potest dependentia naturae assumptae in ratione commu-
nicabilis, ut quo, terminari ultimam ad suppositum Verbi, tan-
quam ad ulterius incommunicabile, sive hanc incommunicabi-
litatem habet per locum negationem, ut suppositum creatum,
sive per aliquam entitatem positivam, ut re vera habet.

ARTICULUS QUINTUS.

*Resolvitur Dubium, an si eadem divina persona plures assumere
humanitates, diceretur unus, vel plures
homines.*

135 **E**X regulis traditis de multiplicatione concretorum substan-
tialium, & accidentalium *disp. 2. log. g. 6. art. 2.* respondeo ta-
lem personam adhuc dicendam esse unum hominem, non vero
plures; Hoc enim discrimen praecipue positum est ibi inter
concreta substantialis, & accidentalia quoad multiplicationem,
quod haec nempè accidentalia, numerantur praesens ad numerationem
subiectivorum, quia ipsa sola subiecta terminant dependentiam
ad adiectivi numeralis; in concretis vero substantialis, quia
tam forma, quam suppositum terminant, ideo ad eorum multi-
plicationem requiritur utriusque multiplicatio; adeo ut sit uni-
versaliter vera tam in concretis accidentalibus, quam in substan-
tialibus regula Scoti de concretorum multiplicatione tradita *3. disp. 6. g. 1. ad 1. & disp. 3. g. 2. n. 1. & quod. 1. 11. & alibi* frequenter,
quod in multiplicatione concretorum non sufficit sola multi-
plicatio formarum, sed requiritur etiam multiplicatio supposito-
rum, quia ratione negat. Doctor *1. disp. 12. g. 1. ad 3.* Patet in di-
vinitis, etiam si duo habeat producendum principia, vel duas virtu-
tes productivas, posse dici duo principia productiva, vel duas
productores, quia est ad plures formas, deest tamen plu-
ralitas suppositivum; & eadem ratione negat. *3. disp. 6. g. 2.* Chri-
stum esse duo, neutraliter, & masculinè, licet duas habeat natu-
ras substantiales, & viventes, sed vult debere dici unam substan-
tiam, & unum vivens ob unitatem suppositi ergo haec eadem ratio-
nem, si Verbum plures naturas assumeret humanas, non esset
plures homines, sed unus homo.

136 Addidi tamen, quod licet concretum substantiale non possit
determinari ab adiectivo multitudinis, sine multiplicatione tam
formae, quam suppositi; potest tamen determinari ab adiectivo
unitatis per solam dependentiam ad formam sine ulteriori depen-
dentia ad suppositum, adeoque verum sit solam unitatem forme
insistere unitatem concreti substantialis, etiam si supposita sint
multa; unde tres personae divinae unus tantum dicuntur Deus ob
solam unitatem formae, & naturae; Et rationem discriminis esse
dicebam, quia unitas pertinet ad naturam, multitudine ad supposi-
ta, haec enim in natura uniuersum, & natura in illis multiplica-
ta, quae ratio natura est, ut in communis modo loquendi adiecti-
vum multitudinis tribuitur concreto naturae, ut supponit perso-
naliter, sed adiectivum unitatis, ut supponit simpliciter; & ideo
dicebat Porphyrius plures homines ratione naturae unum homi-
nem dici; Hinc igitur est, quod concretum substantiale determi-
nari potest ab adiectivo unitatis, praecedendo ob ulteriori depen-
dentia eius ad suppositum, non vero ab adiectivo multitudi-
nis, quia sub hoc adiectivo praesens supposita respicit.

137 Auctor ille citatus in fine praesens articuli p. 2. *contra*
tenens cum aliis Scotistis iam a me *loc. cit.* in logica relatis, in tali
causa suppositum divinum dici plures homines debere, non unum;
pluribus contendit probare pariter, quod sicut unitas in con-
cretis substantialis solum attenditur personae unitatem formae
nullam dicens ordinem ad pluralitatem suppositivam, ita con-
versis pluralitas concretorum solum debet attendi penes plurali-
tatem formarum; Primum, quia est regula generalis a Scoto tra-
dita *1. disp. 12. g. 1.* adiectivum immediate cadere supra substanti-
um, & illud determinare ad unitatem, vel pluralitatem; ergo
non apparet ratio, cur nomen adiectivum multitudinis, & plu-
ralitatis non habeat cadere supra ipsam naturam, illam determi-
nando, cum sit nomen substantivum, & independens, independen-
tia opposita dependentiae adiectivi multitudinis. Tum secun-
do, quia ex Scoto *2. disp. 1. g. 6. G.* quaecumque differentia sufficit ad
distingendum, non vero quaecumque identitas ad perfectam ali-
quorum identitatem, ex quo deducitur plus requiri ad unitatem
aliquorum, quam ad pluralitatem, & distinctionem ipsorum; ergo
si identitas naturae in pluribus suppositis sufficiens est, ut plura
supposita dicantur unum concretum, ut patet in divinis suppositis;
tandem magis naturae substantiales in eodem supposito existen-
tes sufficientes erunt, ut dicantur plura concreta. Tum 3. quia
Scotus *3. disp. 1. g. 3. ad 1.* arguens contra D. Thomam affirman-
tem in tali casu, Verbum dici debere unum hominem, ut unus
sciens dicitur habens plures scientias, inquit; si propter plurali-
tatem suppositorum debent dici plura concreta, etiam tres divi-
nae personae dici deberent tres Dii: ex quo patet Scotum unifor-
miter loqui de unitate, & pluralitate concretorum; & quod suffi-
cit ad unitatem concreti, sufficit pariter ad pluralitatem eiusdem.
Tum 4. si Verbum divinum assumeret naturam irrationalem, diceretur per talem naturam assumptam unum concretum,
& tamen non diceretur idem concretum, quod homo, ergo neces-
sario diceretur duo concreta, & hoc solum ob diversitatem natu-
rarum; ergo etiam pluralitas concretorum praesens attenditur
penes naturam, vel pluralitatem naturarum; ubi enim reperitur
aliud, & aliud concretum, debet ibi reperiri multitudine concretorum.
Tum quinto, quia differentia aliquod commune dividens
debet cadere supra idem divinum; sed unitas concreti homi-
nis v.g. & multitudine eiusdem dividunt concretum hominis;
ergo debent cadere supra idem ergo si unitas cadit supra naturam
adeoquod tantum penes eam attendatur, pariter & multitudine,
nam aequaliter significat concretum hominis distributum cum
unitate, ac significat distributum cum multitudine. Tum tandem
quia Scotus *1. disp. 12. art. 2.* docet Patrem, & Filium in divinis non
posse dici duos spiratores ob unitatem formae spirative terminan-
tis dependentiam adiectivi, licet hoc concretum spirative depen-
deat etiam da supposito; si ergo in via Scoti hoc nomen adiectivi
vult immediate terminatur ad unitatem virtutis spirative
praesens, & sufficit, quod ulterius non dependat, nequaquam ad vir-
tute spirative determinet, & tamen duo est nomen multitudinis;
cur postea hoc aliud adiectivum plura non poterit ultimam de-
terminare formam sine ulteriori dependentia ad suppositum.

138 Hec tamen omnia sunt facillime solvuntur; Ad primum gra-
tis concedo nomen adiectivum multitudinis posse cadere supra
ipsam naturam illam determinando, sed non ultimam; sicut
quantitas terminare potest dependentiam alterius accidentis, sed
non ultimam, quia adhuc ipsa dependet ad substantiam; sic
inquam in proposito, concretum naturae ut homo, utique termi-
nare potest dependentiam adiectivi multitudinis; sed quia ad-
huc ipsum dependet ad suppositum, quod concernit, determi-
nare nequit absolute, & ultimam, sed tantum cum ulteriori
dependentia ad suppositum: ex quo fit, ut in concretis etiam
substantialis, & substantivis plurificatio fieri nequeat, nisi
ad sit plurificatio suppositorum, ut dicebam *disp. 2. log. cit. n. 100.*
Ad secundum si ratio illa valet, aequè bene probat, etiam in
concretis accidentalibus ad eorum multiplicationem sufficere
solam formarum pluralitatem, & tres divinas personas dici posse
tres Deos, quia ibi ad sit multiplicatio formarum, & hic suppo-
sitivum, & quaecumque differentia, & pluralitas sufficit ad
distingendum, & multiplicandum, & plus requiritur ad unitatem
aliquorum, quam ad pluralitatem, & distinctionem ipsorum;
scilicet itaque illius Scoticae propositionis est, ut ibi declarat Li-
chetus, quod ad concludendum, aliqua esse alterius rationis, suffi-
cit etiam minima differentia alterius rationis, sicut patet de
sapientia infinita, & bonitate infinita, quae formaliter differunt
in divinis, sed ad concludendam perfectam identitatem aliquorum
non sufficit qualiscumque identitas, quare minus aptè induci-
tur illa propositio ad declarandam unitatem, vel pluralitatem
concretorum in proposito casu.

139 Ad tertium bene respondent Faber, & Aetius, Scotum ibi
arguere ad hominem, & loqui iuxta mentem, & sensum D. Thomae
asserentis ad multiplicationem concretorum sufficere solum
pluralitatem suppositorum, sicut ad unitatem eiusdem sufficit so-
la unitas suppositi; sic enim bene inferunt, quod si Verbum ha-
bens plures naturas dici debet unus homo ob unitatem suppositi,
veluti habens plures scientias dicitur solum unus sciens, sic
pariter ob solum suppositum pluralitatem tres divinae personae
tres Dii dici deberent. At insit arguens, Scotum ibi loqui de adie-
ctivis unitatis, & pluralitatis absolute, & in seipsis considera-
tis, intendens absolute probare, quod si ad unitatem concreti
sufficiat unitas naturae, praecedens omnino ab ipsis supposito,
pariter ad pluralitatem concretorum sufficit sola multitudine
naturarum substantialis, sine multitudine suppositorum. Ac
plane constat legenti textum, Scotum ibi loqui de unitate,
& pluralitate concreti per ordinem ad unitatem, vel plurali-
tatem

